



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

3. In Festo S. Nicolai bipartita. Beatus vir qui inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris &c. Eccl. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

9. Sursum
24. Iulii.

Sic S. Christina virgo iubente & præfente pare angulis ferreis excarnificata fuit, & toto corpore dilacerata, quia eius despucbat idola. Quare lacera: carnis suæ frustum patri proficiens, dicebat: *Sacrare miser carnis quæ genuisti. Filium comedere poteris, sed us impietatis tuæ congensis; facere non poteris.*

4.

Denique, supra omnes S. Barbara gladium experta est feralem, inter se & Patrem dividentem, ac malâ pace ejus impietati consentiens, æterno se se obnoxiam reddere gladio & supplicio. Vis videre crudelitatem? primo quidem jam differimus, quomodo eam fucibundè per aspera loca persecutus fuerit, & contuderit. Deinde eam tradidit Præfæto variis torquendam suppliciis. Nam & nudis boum nervis toto corpore cæditur, fluentibus sanguineis rivulis, fragmentsque testaceis ad renovandum dolorem, ejus vulnera perfirantur. Postmodum faces ardentes ad latera ejus admoventur. Sed lampades ejus, lampades ignis, atque flammæ, in sui fortorem ignem accendebant. quâ foret ille qui exterius urebat; omnia hæc instrumenta crudelis supplicii, transibant in honorem triumphi: dum augebatur pœna, augebatur etiam palma.

Cant. 8.
S. Leo.

Ulterius, mamillæ ei avelluntur in humanissimè & crudelissimè. Quod verò poterat illa dicere hoc in tormento, nisi illud quod in simili dicebat S. Agatha: *Impie & crudeli Tyranno, non te pudet in femina amputare quod tu in matre suscepisti? Ego tamen intus in anima mea habeo integra mamillas, quæ ab infantia Domino consecravi.* Duas pretiosas mamillas S. Barbara Domino ab infantia consecravit, intellectum & voluntatem, quas Christus Spontus lacte pretioso adimpleverat cælesti thalamo. Intellectus ejus plenus erat lacte Fidei: Voluntas lacte devotionis & amoris. Nil ergo proficit Tyrannus aut Daemon per eam, dum mamillas avellit: sed majorem ei conciliat gloriam. Nam id factum est, ut ceteræ mulieres ad eam in dolore mamillarum recurrant, & sanitatem obtineant. Atque etiam specialis gloria ex illis uberibus totâ relulabit æternitate; quia teste S. Augustino. Martyres in membris in quibus specialiter passi sunt, splendorem gloriosum consequuntur.

Mamilla
S. Bar-
baræ, a.
vulsa.

Cant. 8.

Interim de illa dicere possumus illud: *Soror nostra parvula, ubi non habet.* Licet enim hoc de Ecclesia dictum sit pro tempore adolescentiæ suæ, quando lac doctrinæ liberè alumnis suis non poterat ministrare tempore persecutionis. Tamen aptè accommodari potest huic virgini, ut sit vox Angelorum, quasi ei congratulantium, quod iusta sit in mamillis torqueri. Vocant eam fortorem, quia Angelis cognata est virginitas, quæ de cælo venit, & angelicam imitatur vitam. Castitas Angelorum, si felicior est, certè Virginitas est fortior, quia in carne de carne triumphant. Et quidem hujus Virginitas commendabilior est, quod cum summa pulchritudine eam illibatam conservavit, quæ multis causa solet esse ruinae, quodque sollicitata

ad matrimonium, omnes preces repudiavit. Vocant etiam eam *Parvulam*, propter humilitatem & puritatem, seu innocentiam. *Vbera non habet*, quia Tyranus avelli iussit: sed hoc propter Christum passa est lubens, ideoque ei merito Angeli & homines congratulantur; & restituentur ei, collatantibus Angelis & electis omnibus, admodum gloriosa.

S. Bar-
bara pa-
tervis
manibus
trunca-
vit ca-
pitæ.

Postremò, hic cumulus fuit omnis crudelitatis & impietatis, quod cum capitis damnata foret, Pater eam suscipit propria manu exequendam. O feritatem inauditam! O spectaculum horrendum, & omnibus sæculis detestandum! Lava manus polutas à impie Patre, in cruore innocenti filiae tuæ, quasi in liquore rosco. Tinge & immerge cor tuum adamantinum in sanguine ejus fervido, si forte possit mollescere. Bibe de rivulis fluentibus ex toto ejus corpore, si forte possit sanguinea sitis tua sedari. Sed bibes, & in æternum bibes hunc cruorem, & refluet in caput tuum: ipsa enim torâ tibi æternitate, in pœnam & vindictam, quasi poculum de cruore suo propinabit, ut sitim tuam sanguineam & altercationem igneam adaugeat in tormentis; dum te, augente & torquente supra modum conscientia, agnoscere faciet scelus tuum horribile; quando & guttulam aquæ loco cruoris jugiter coges deposcere, quam sine fructu poposcisti ab ea, jam à mille trecentis & amplius annis. O infelicem, & æternum infelicem, & maledictum parentem, non parentem, sed preemptorem!

Porro potens est patrocinium S. Barbare erga illos, qui ei devoti sunt. Hoc multi experti sunt; & nostro sæculo specialiter B. Stanislaus Kostka, cui hoc Elogium Proceres Poloniæ adscripserunt: *veni castissimo, nobili humillimo, divitiis pauperissimo, humanarum rerum contemptori, sui que ipsius victor accerrimo qui à puero Jesu cum ejus Matre, eger meruit visitari. & à duobus Angelis præfæto S. Barbare panem caeli reficere.*

IN FESTO S. NICOLAI

LECR. 9.
biparti-
ta.

Esatus vir qui inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & Thesauris, &c. Eccl. 31.

Homo quandam beatitudinis sortem in hac vita nancisci potest, ob quam dicitur beatus, & regni Dei particeps, illius scilicet regni, de quo dixit Dominus: *Regnum Dei intra post aurum non abiit.* Hæc beatitudo, & Regni Dei participatio, æquâ etiam pertingitur in hac miseriâ convallè, constituitur in interioribus animi bonis, in gaudio, serenitate, pace conscientia, ac aliis charismatibus Spiritus Sancti: quia illa quamdam speciem & inchoationem Paradisi constituunt, & suavitatem omnibus actionibus pii hominis inspergunt, Nam sicut verè dici potest, quod peccator dupli-

PARS I.
Qui sine
macula,
post aurum
non abiit,
nec sperans
in illo.
Luc. 17.



duplicem sortitur infernum, unum in hac vita, ob inquietudinem & torturam conscientiae; alterum in futuro, in gehenna: ita verum est de iusto, quod duplicem sortitur Paradisum. Non immerito igitur dicit Dominus apud Prophetam: *Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinventioium suarum comedit.* Non solum ei in futuro bene erit, sed etiam in mediis hinc arumnis ei bene est, dum fructu boni operis reficitur in mente, & gaudio fruatur bonae conscientiae. Etenim, teste Origene in Cantica: *De natura boni operis est, quod ad ipsius multiplicationem multiplicetur, & delectatio; & quasi quoddam condimentum est cibi, hilaritas bene operantis.* E contra ibidem apud Prophetam subiungit Dominus: *Pro impio in malum quia retributio manus eius fiet ei.* An solum in futuro? Imò & in praesenti ei vix & vix quia nunquam ei bene, si conscientiam velit confulere, cuius semper torturam perferentis, & illam circumfert saeciam, velut serpentis continuo morsu idem.

Propter haec igitur asserit Ecclesiasticus illum beatum, qui inventus est sine macula, qui mortiferi peccati idem & maculam nunquam animo suo infixit. Illud enim peccatum vulnus & maculam inducit perfectam. Qui ab illo immunis est, beatitudinem habet inchoatam, postmodum consummandam in domo Domini, in regno Dei: *Qui habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Utiq; nihil coinquinatum intrabit in illam domum Domini, aut abominationem faciens, & mendacium. Felix igitur & beatus, qui candorem vestis baptismalis mortiferi peccati nevo & sanguine nunquam eruentavit, vel saltem, si contigit quandoque commaculasse, eluit in sanguine Agni. Quare felix? Quia ambulabit cum Agno in albis. Si autem macula adhuc sit, & permansit, scire debet illud: *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* Felix, qui ab infantia didicit Deum timere, illi in puritate servire, fidelitatem & promissionem, qua renunciavit Sanae, & operibus eius, intemperatam conservare.

Uterius addit Sapiens: *Beatus qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauri.* Nimirum haec est passim ongo & radix peccati & maculae, terrenorum bonorum affectus, pecuniae & auri concupiscentia, spes in eis defixa. Ex auro superbia, propter aurum injustitia, sitis, jurgia, homicidia, iudicia corruptissima. *Multi dati sunt in aurum casus.* Etenim usque ad eor Regum se extendit. Cum aurum una porta Romam ingrederetur, Virtus altera egrediebatur, inquit quidam ex antiquis. Notum & decantatum est illud:

*Quid non mortalia pestora cogit
Auri sacra fames?*
Qui pecuniam adamat, animam suam facile oppignorat peccato & diabolo, aeternamque hereditatem, imò & Deum vendit. Peculatus, simoniae,

furta, sacrilegia, & innumera alia peccata ex eo oriri, quod post aurum nonnulli abeat, non opus est probare. Beatus ergo, qui post aurum non abiit, non speravit in pecunia & thesauris. Quid ita? Quia primus gradus in secula, qua ad beatitudinem conscenditur, est rerum humanarum contemptus, & paupertas spiritus, à caducis ad caelestia animus erigens. Neque tamen propterea à beatitudine excluditur, qui aurum possidet & pecuniam, si post aurum & pecuniam non abeat, nec finat eor ab illis, & post illa abduci, sed aurum post ipsum veniat, & retrò sequatur. Quia qui loculis oculis non figit, nec cor auro, sed illis novit uti tamquam fructu subserviente & se sequente, & huc illic mittere in egenorum subsidium, sapiens reputatur. Quid Lydius lapis auro, hoc aurum homini, dicebat relictum quidam. Quia nimirum lapis Lydius, quale sit aurum, demonstrat; ac aurum declarat, qualis sit homo, qui possidet. Si enim bene utitur, ut bonus dispensator, mercedem à Deo consequitur; si avarè retinet, aut ejus amore captivatur, improbi animi est. Videndum ergo, ne ad offensam Dei cor abducatur à o nummi.

Nummi sunt summi, summi sunt nummi mandati: Pro summo semper numme nummus erit.

Itaque beatus ille, qui post aurum non abiit, qui auri non est cupiditate ductus, ideoque nec corde est seductus, nec terrena labè maculatus. Sed quis est hic? De muliere dixerat Sapiens: *Mulierum sortem quis inveniet?* hoc est, mulierem virtutum omnium perfectione constantem. Adiecit & hoc: *Procul est de ultimis finibus precium ejus;* Hoc est, quolibet precio est comparanda quia precium ejus superat precium omnium rerum preciosissimarum, quae ex finibus terrae ultimis ad vehuntur. Sicut de viro ait: *Beatus virus, qui inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauro.*

Sed subicit: *Quis est hic, & laudabimus eum?* Quasi dicat: Dignus est laude, quisquis talis est, meritoque pronuncietur, & à nobis predicatur felix & beatus. Quia, ut ait S Bernardus ep. 103: *Beatus, qui post illa non abiit, qui possessa omnia ante, avorta. Quid si inquinant, amissa eruciant.* Adverte verò, illum loquendi modum: *Post aurum ire aut opes.* Idem enim ferè est, ac si diceretur illud exprobratum Judaeis in Scriptura, quod relicto vero Deo irent post Deos alienos quia colebant idola, & illis corde adherabant. Sic ille abiit post aurum, qui illud colit ut idolum, sive qui cor & affectum suum abducit perterrit post illud. Si aurum iuste ad te venit, tu post illud abis. Si propter opes conquiritas Deum mandata Ecclesiaeque praeccepta transgredieris, & salutem negligis, tu post illa abis, & instar idoli colis, praenotando illas Deo, & toto affectu festinando: si verò illas licita via acquiris, & bene uteris, egenique communicas, tunc aurum & opes post te veniunt, non tu post illas abis. Tuus ergo beatus es, quia

Isa. 3.

Ibid.

Psal. 14.

Exo. 21.

Isa. 9.

Eccles. 31.

Amor auri quod generet malis.

Prov. 31.

Quid sit aurum.

es, quia nec speras in pecunia & thesauris. Nam qui opibus abundans eis cor non apponit, sed in Deum illud conicit, non cenetur in eis sperare. Ille vero in eis sperat, qui Dei oblitus, cor & fiduciam his affigit. Quia sperat per aurum omnia hujus vite incommoda superare, & omnia commoda adipisci, vite vires, amplam familiam, splendidam mensam, amicitiam Principum, victoriam de inimicis. Ille quoque in eis sperat, qui ob eas superbit, extollitur, se jactat & ostentat. *Vermis enim divitiarum superbia est, ait Augustinus serm. 5. de verbis Domini.*

Mirabilia non absentia post aurum.

1. Sed quis est, qui non speret in opibus possessis, Quis ex illis non superbit, aut non contrahit aliquam maculam animo erga eas affectu? Certè tales pauci sunt & rari, sed eximij & admirabiles. Ideo subditur: *Ecce mirabilia in vita sua. Quæ mirabilia?*

2. Primò, nonne hoc mirabile est, & instar cuiusdam miraculi, quod quis divitias inordinate non amet, sed in ijs quærendis, conservandis, augendis, immaculatus sit, & conscientiam conservet illibatam? An non divitiæ ex se illecebrentia sunt superbiæ & ambitionis, gulae ac luxuriae, impatientiae & iracundiae aliorumque vitiorum? *Magnus est, qui in adversa incidens, non excidit vel parum de sapientia: nec minor, cui presens felicitas si arrisit, non irrisit. Quamquam factus inveniit, qui sapientiam reitulerunt contraria sibi fortuna, quam qui propitia non perdidissent, inquit S. Bernardus l. 2. de consid. cap. 12.*

3. Secundò, nonne & hoc extraordinarium & mirabile est quod aurum, dum vilipenditur & contemnitur, hominem sequatur, quærentem vero fugiat, & quasi alas sibi faciat, ut avolet? Sic se habent opes erga multos, avolant dum quærentur, aut amantur, adventant, dum distubuntur, & in egenos erogantur. Hoc varijs possit exemplis demonstrari.

4. Tertiò, nonne & hoc mirabile est, quod præter communem hominum sensum & amorem mundi, seu mundanorum hominum, homo in Deo vivo & veritate sperat, ut in divitijs nullatenus illam collocandam existimet? Tales divitias habuit Job in contaminatas & immaculatas, ita ut post aurum non ambulaverit, nec speraverit in pecunia, sed in mandato Altissimi, seminans & lare spargens opes sibi à Domino datas, per animas miserorum, per ora clientium vel debiliùm, per defuitos & miseros, adimplens illud: *Seminate vobis ad justitiam, ut metatis fructum vite.* Ita ipsum fecisse constat ex ejus cap. 31. Hæc igitur mirabilia sunt, maxime tempore veteris Testamenti, quando benedictio temporis divitiarum maxime fiebat, & paupertatis via adhuc manebat ignota. Verè enim tunc maxime poterat dici: *Beatus dives qui inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris, Quis est hic, & loquitur in meum?* Quia id tunc rarissimum fuit, &

admirabile. Nam & vox antiquorum Sapientum fuit: *Beatus, qui simul & opes & mentem possidet.* *Pindarù.*

In novo Testamento, præostensa per Christum paupertatis & contemptus sæculi via, plures reperiri potuerunt, qui divitias parvi fecerunt, vel inter illas ita ambulaverunt, ut immaculati remanerent, nec illis cor apponerent nec fiduciam. Sed se, ubi opus erant, erogarunt sine ulla difficultate, & sine diffidentia de futuro. Et hi certè laude digni sunt, & memoria æterna. Extollant Historici, prout voluerunt, Alexandri laudes, in cælum eum tollentes suis encomijs, quia sibi terram omnem subiecit. Quid ei laudes profunt, quem locus & loculus septem pedum in terra obtexit? Cujus animam tartarus excipit? cui rotas vix orbis antea sufficere potuit? Nos magis laude dignum judicamus eum, qui potuit totum mundum cum omnibus suis illecebrentis & opibus contemnere, & in cælestibus opibus animum figere. Hic enim concupiscentiam calcat & vincit; ille a concupiscentia vincitur & victus in opprobrium ducitur sempiternum.

Inter hos celebris est S. Nicolaus, *cujus elemosinas enovrat omnia Ecclesia Sanctorum, & in finem ulque sæculi enarrabit, quia in memoria æterna erit, & in sæculum sæculi benedicetur.* Appositissime ei conveniunt verba thematis nostri: *Beatus qui S. Nic. in inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris.* Attende particulatius.

Primò quidem, *inventus est sine macula* jam à pueritia & adolescentia, nec ejus vita ullo fuit unquam navo criminis mortiferi maculata, sed mirabiliter claritate, sine fumo aut caligine. Signa electionis præfulserunt in ipso jam ab infantia, dum matris iugeret ubera Bis in hebdomada, feria scilicet quarta & sexta, non nisi semel cogi poterat fugere, idque vel perpetuo tempore, quam consuetudinem jejunii tota observavit postmodum vita. Pro puero isto oraverant parentes prole carètes, & dedit eum ipsis Dominus, vel potius commodavit ideoque tamquam sacrum depositum conservarunt, ut Domino eum redderent, & ejus eum obsequio addicerent. Proles à Deo parentibus donata, preciosa esse solent & beata, ut multis declarari possit exemplis. Notum est de Samuele & Isaac, de Sampone, & alijs in veteri Testamento, de Joanne & multis in novo.

Secundò, *inventus est sine macula* in juventute & virili ætate, dum ad Presbyterij ordinem ab Avunculo per motus fuit ob vitam immaculatam & castam, ob maturitatem & sapientiam. Non enim promovit eum respiciens ad carnem & sanguinem, sed ad divinam inspirationem per diligens vitæ ipsius examen. Sic olim præceptum erat: *Homo de Levit. 11. semine Aaron qui habuerit maculam, non accedet ad ministerium si cæcus fuerit, si claudus, si parvo, vel grandi, vel toro naso, si fractio pedis vel manus, si gibbus.*

PARS IV. De lauda S. Nicol. post aurum non abiit.

S. Nic. in inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris.

20

1.

bo 1001

Vide Vir-
gam Aa-
ron. tr. 2.
lec. 1.

bosus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si impetiginem in corpore, vel herosius. Hæc quidem ad maculas corporales referuntur, sed sub illis animi maculae indicantur, quæ ad ministerium sacerdotale hominem reddunt inidoneum, de quibus alibi fufius à nobis dictum est. Favor etiam maculosos quandoque promovet, sed in perniciem, tam eorum qui promovent, quam illorum qui promoventur. Ancilla oltiaria dicitur Petrum introduxisse in atrium summi Sacerdotis. Sic favor ancilla est oltiaria, multos introducens ad sacerdotium, & Sacerdotum collegium, sed plerumque infeliciter.

Bisariam
Deus vocat.

Tertio, in ventus est sine macula in ætate grandæva, quando divina voce & cœlesti signo in Episcopum est designatus. Non enim sibi sumpsit honorem, sed à Deo vocatus est tanquam Aaron. Nota est hystoria, cum in Breviario Romano, tum ex vitæ ejus Scripturis. Habet Deus duplicem vocationem, unam ordinariam, alteram extraordinariam. Hæc solet fieri signis miraculosis, vel miraculo proximis. Sic nonnulli per radium aut flammam cœlestem ad Pontificiam seu Episcopalem dignitatem designati sunt, sicut Gregorius, Remigius & alii. Aliqui per columbam, ut Chrylostomus, Fabianus Pontifex, Pius Quartus, & alii. Denique, per vocem nonnulli cœlestem aut Angelicam adsumpti sunt; sic cœlitus designatus est S. Nicolaus, dato indicio Episcopis consultantibus quem eligerent V. Breviarium.

6.

Denique, in ventus est sine macula, tota ut diximus, vita innocentissimè traducta; non enim solum in privato statu Deo & pietati se ex integro addidit orationi vocando, vigiliis & jejuniis corpus macerando, in sacco & cinere decumbendo, sed etiam, cum in Presbyterio, tum in Episcopatu, exemplum fuit fidelium in verbo & conversatione, in castitate & charitate. Fuit ejus vita speculum sine macula, quod merito omnes inspicere debebant, & imitari. Verè ergo de ipso dicimus: *Beatus vir, qui in ventus est sine macula.*

1. Tim. 4.

Sed ulterius, quam verè, quamque meritò, de eo pronunciamus: *Post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauro.* Utique, nec post carnem, nec post Satanam, nec post mundum, nec post aurum, ut solent mundi homines, abiit unquam. Etenim notum est, quomodo postquam orbatus fuit parentibus, (qui trium dierum spacio pestilentia sublati fuerunt licet in amplum succederet patrimonium, ne utiquam hac de re gavisus fuerit, ut multi solent. Nec insolere, aut extolli, vel seduci ob id animum permisit; sed in pauperes opes sibi superfluas mox erogare resolvit, ut Christo in pauperibus ministraret de suis facultatibus. Deantatissimum est, qualiter occulte dotem tribus virginibus de castitate periclitantibus provident. Sicbat illud Apostoli: *Præcepte divitiarum non sublimè sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed sperare in Deo vivo, & thesauro sibi fundamētum*

S. Nicolaus lar-
gua in
pauperes.

1. Tim. 6.

in incerto divitiarum, sed sperare in Deo vivo, & thesauro sibi fundamētum

bonum. Disperfit igitur & dedit pauperibus, id est justitia ejus manet in sæculum sæculi. Puravit la-
center distribere; voluit autem Deus cum agnosci, tum ab eo qui beneficium recipiebat (ut fufius declarat Ribadencia in vita ejus) tum ab omnibus futuris sæculis. Neque homines sequitur fugientem, sicut umbra corpus, insequentem autem fugitat.

Propterea igitur dicitur hic, *Laudabimus eum*, S. Nic. sicut mirabilia in vita. tamquam virum misericordis, cujus pietates non defuerunt, cujus laudem & elemosinas annunciat Ecclesia, cujus proponit se quenda vestigia & exempla. Nec uno solum titulo laudabimus eum, sed innumeris titulis cum laude dignum pronunciamus: *Fecit enim mirabilia in vita sua, in animo & in morte & post mortem.*

1. In vita quidem mirabilia fecit jam ab incunte ætate, quia & pueritia signis admirabilibus effulfit, ac deinde ejus vita miraculis plena fuit. *Fecit mirabilia*, potestatem habens super mare, ut fluctus compelleret, super aërem, ut ventis & tempestatibus imperaret. Ideo à navigantibus in Patrum præcipuum est aditus, potentior Neptuno, potentior & Aeolo, aliisque Divis, quos dixit antiquitas præesse mari vel ventis, remisque adesse & velis, dum navigatio felix incunda foret.

2. *Fecit mirabilia in vita sua*, potestatem exercens super Reges, & super captivos ac incarcerationos, eos liberans è compediibus. Sic adhuc vivens apparuit in visu Constantino, & tres Tribunos per calumniam accusatos iustitiam dimitti. Sic apparuit & Soldano, cum terrens, & minas intencans, nisi captivos dimitteret liberos.

3. *Fecit mirabilia in vita sua*, pro fide Catholica fortissimè stans in Concilio Nicæno, in quo trecenti & octodecim Patres comparuerunt, tanquam validi pugiles, ad dimicandum contra hæresim Ariam, tot scilicet numero, quot Abraham expeditit vernaculos contra Reges, qui fratris sui substantiam diriperant. In hoc ergo Concilio inter primos recensitus est S. Nicolaus, qui & præ fide antea carceres erat passus & vincula.

4. *Fecit mirabilia in vita sua*, animas juvando, peccatores convertendo, verbi divini prædicatione fidem propagando, injulius & impus generose resistendo. Sic in eo patuit, per vitam & zelum admirabilem, ac per innumera miracula, quam verum sit, quod Rex & Propheta pronunciat: *Mirabilia Dei in Sanctis suis, benedictus Deus.*

Neque verò solum in vita, sed etiam in morte, & post mortem admirabilis fuit. In morte quidem, quia non sine magna aditantium admiratione Angeli divinas decanantes laudes ei occurrerunt, ut ejus animam susceperent, & in sinum Dei deducerent corona gloriae & lætitiæ sempiterna decorandam. Cumque ipse hos adventantes ad se intueretur, cum quodam cordis jubilo cepit decantare Psalmum: *In te Domine speravi, non confundar in aeternum*, illo autem Plalmo consummante

4.

Gen. 14.

Psal. 67.

In morte.

Psal. 30.



to, dum extrema verba pronunciarer: *In manus tuas commendo spiritum meum*, in caelestem patriam migravit. Hic postquam cum S. Bernardo dicere *Vbi est mors victoriosa tua? ubi est mors stimulus tuus? lam non est stimulus, sed iubilus; iam cantando moritur homo, & moriendo cantat.* Quare moriendo cantat? Quia iam *adspirat dies, & inclinatur umbra*. Ipsi enim fiducialiter dicunt Domino: *Tu refugium nostrum, tu protectio, tu certa salus & vita.* Nihil enim aliud querunt quam Jesum, in inclinatione umbrae huius miseræ vitæ; illique cum Propheta valent dicere: *Si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Non ergo timeant umbram, iam eis adspirante die, dum per umbram transeunt; ideoque quodammodo morti insultrare cenentur, & in luce appropinquante exultare.

Post mortem. Post mortem porro S. Nicolaus admirabilis fuit per innumera miracula. Sed & hoc continuum fuit miraculum, quod unguenti odoriferi copia ex ejus sepulchro annis plurimis exundare visa sit, per quâ ægris concurrentibus sanitas reddebatur. Ideo de eo cantatur:

Missale. *Ex istius tumba manat unctiois copia, Quæ infirmos omnes sanat per ejus suffragia.* Symbolum quoque erat hæc copia olei abundantis & admirabilis unctiois, quæ ejus anima caelitus erat perfusa, dum in hæc vita ageret. Unctio enim docebat eum de omnibus, quia præ confortibus suis unxerat eum Dominus oleo gratiæ & sapientiæ spiritualis.

Conclusio. Sanctissime Pontifex Nicolae, doce nos seculum contemnere, nec post aurum, nec post carnem, nec post Satanam abire; sed odisse carnalem & maculatam tunicam, & quidquid animam dedecorare valet. Trahe nos post te, ut à te nobis relicta pietatis puritatisque sequamur vestigia & exempla. Trahe & libera nos à fructibus procellis in naufragium perducentibus, & sic, ut ad portum securi appellere possimus, ubi triumphantium nautarum celestium tecum decantare valeamus, & in secula seculorum Dominum collaudare.

Lect. 4. IN FESTO CONCEPT. B. M. V.
tripartita. *Fundatur exultatione universa terra Civitas Regis Magni, Psal. 47.*

Pars I. Civitas Jerusalem in sacris Literis, *Civitas Dei, & Civitas Regis Magni*, solet nominari, quia ab ipso Deo electa fuit tamquam Regalis & Sacerdotalis Civitas, in qua habitationem voluit figere, & Templum suum habere, variisque illam privilegijs adornavit. Unde Judæi confidentes & gloriantes in hoc Templo & habitatione Dei, volebant dicere: *Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini*, Quasi dicerent: Non sicut nos

Deus vastari ab hostibus, quia Templum & habitatio ejus specialis apud nos est. Quibus respondet Dominus: *Si bene direxeritis vias vestras & iustitia vestra, habitabo vobiscum in loco isto.* Quali dicat: Nolo vos omnium confidere in hoc, quod Civitas vestra Civitas Dei sit, & Templum ejus habitatio Dei, & ceremonijs externis ibi colatur Deus; sed simul videte ut Deo dignos vos exhibeatis pietatè & scelerum expiatione, & tunc Civitatem meam agnoscam, & Templum meum protegam, vosque ipsos. Ultra Civitatem *Jerusalem*, quæ Regia & Sacerdotalis erat, tria significari solent in sensu mystico per Civitatem Dei, sive Civitatem Regis Magni.

Primo significari solet Ecclesia Dei, quæ ex varijs nationibus, linguis, populis, in unum collecta, velut civitatem constituit, in qua unio & conformitas est morum & animorum, consensus ejusdem fidei & spei, colligatio charitatis & amoris. Sicutio eorum qui ad fidem convertebantur, erat eorum unum & anima una, diversarum licet forent nationum & conditionum. Dei ergo Civitas est Ecclesia, & Civitas Regis Magni, quia ibi Deus regnat per gratiam & dona spiritualia & ibi specialiter dominatur tamquam super populo à se electo. Hæc est illa *Jerusalem, quæ edificatur ut Civitas, cujus participatio indispulsum.* Quia sicut qui ejusdem sunt civitatis, habent communicationem in istdem privilegijs, silvis, piscibus, fluminibus, fero, plantis, propter colligationem quandam in eadem societate politica: Ita Ecclesia, Civitas Dei, omnes suos cives fecit participes spiritualium bonorum, quæ Christus Rex Magnus in ea posuit. Communicant enim in sanguine redemptionis, in donis gratiæ, in Sacramentis fidei, in verbo Dei, in promissis Evangelij, in piscibus doctrinæ, in fluminibus vitæ in fontibus Salvatoris. Omnia hæc bona eis sunt communia, tamquam Civitatis Dei privilegia.

Secundo, per Civitatem Dei & Regis Magni, designari solet Ecclesia triumphans in caelis, ex Angelis sanctis & animabus beatis ordinatissima. Est enim coadunata ex varijs ordinibus & choris tam hominum quam angelorum. Habet Senatores suos Apostolos, Habet & Milites ac Duces Martyres trophæa referentes. Habet Confessores, habet & Conjuges & Virgines. Nosque qui jam adhuc peregrinamur in terris sumus illius concitipi cives. *Non enim habemus hic civitatem permanentem, sed futuram inquirimus.* Ad illam Civitatem aspiramus, ubi nulla dissensio, nulla turbatio, nullus hostis. Unde etiam *Jerusalem* specialiter nominatur, quia ibi plena est *Visio pacis.*

Tertio, Beatissima Virgo *Civitas Dei* dicitur, & *Civitas Regis Magni*, quia Deus volens ordinem negotij salutis nostræ, & inter nos convergere, in illa ætenuo venimentibus habitavit, & per eam

1. Civitas Regis Magni est Ecclesia militans.

2. Ecclesia triumphans.

3. B. M. V. Regu. Ma. gni Civ. s.

4. Quas ob dona.